

N. J. 10



7

MEMORIA SAECVLARIS NATALITIA
THEOLOGI CONSUMMATISSIMI,
**B. AVGVSTI HERMANNI
FRANCKII,**

S. THEOL. PROFESSORIS ORDINARIJ IN ACADEMIA HALLENSI,
PASTORIS AD AED. VLRICI ET GYMNASII SCHOLARCHAE,
PAEDAGOGII REGII ET ORPHANOTROPHEI GLAVCHENSIS
DIRECTORIS,
NATILVBECAE, A. c1010CLXIII D. XII MART. STIL. VET.
DENATI HALLAE, A. c1010CCXXVII D. VIII IVN. AETAT. LXV ANNOR.

FELICITER RECVRENTE
NATALI SEXAGESIMO OCTAVO
VENERANDI FILII SVPERSTITIS VNICI,
VIRI SVMME VENERABILIS,
EXCELLENTISSIMI ATQVE DOCTISSIMI,
D O M I N I

GOTTHILF AVGVSTI FRANCKII,

S. S. THEOLOG. DOCTORIS AC PROFESSORIS PVBLICI ORDINARIJ,
ORDINIS THEOLOGORVM IN ACAD. FRIDERICIANA SENIORIS,
PRIMAE DIOECESIOS CIRCVLI SALANI INSPECTORIS,
MINISTERII HALLENSIS SENIORIS ET ARCHID. AD AED. B. M. V.
PAEDAGOGII REGII ET ORPHANOTROPHEI GLAVCHENSIS
DIRECTORIS, CET.

MERITISSIMI, GRAVISSIMI,
DIE XXI MARTII STIL. VET. A. c1010CCCLXIII.

PIO LAETOQVE AFFECTV RENOVATA
IOANNE GEORGIO KIRCHNERO,
MINISTERII HALLENSIS ADIVNCTO ET ECCLESIASTE AD AED. B. M. V.
HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITTERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

c1010CCCLXIII.

VIR SVMME VENERANDE,
FAVOR ET PATER IN CHRISTO
SVMMOPERE COLENDE,
COLLEGA IN MINISTERIO HALLENSI
CONIVNCTISSIME,



AM DVDDVM optavi, PATRONE AESTV-
MATISSIME, diem illum laetissimum, quo
TV, DEO O. M. providente, in lucem editus
fuisti, et quem quotannis piis votis precibusque ta-
cito pectore ad DEVM fufis profequutus sum, palam etiam celebra-
re: partim vt clementissimo NVMINI pro vita TVA diuinitus
conferuata atque aetate ampliata vna cum aliis folemniore agerem gra-
tias, partim vt quoddam pietatis monumentum publice TIBI pone-
rem; in primis, quum non folum mihi a puero contigerit efse tam feli-
ci, TE faepiffime reuenter ante oculos habere atque venerari, post-
eaque academica TVA ipfius inftitutione atque amore paterno per
aliquot annos vti et frui, fed etiam quum diuina providentia dein-
de in hac vrbe patria T E cum munere ecclefiaftico, in vnus eius-
dem-

demque coetus Mariani salutem gerendo, me arctius coniungere voluerit.

NUNC VERO opportunissima, vt arbitror, sese offert occasio, TIBI, VIR SVMMÆ VENERABILIS, hunc *diem natalem*, eumque *sexagesimum octauum*, anno hoc MDCCCLXIII ob *pacem vniuersæ Europæ restitutam* æternum memorabili atque faustissimo redeuntem, propensissimo animo gratulandi. Centum enim elapsi sunt anni, postquam dilectissimus PARENS TVVS, B. AVGVSTVS HERMANNVS FRANCKIVS, Theologus multis nōminibus celebrandus, quo DEVS electo gratiæ organo in ecclesia euangelica variis modis vsus est, *Lubecæ* in vitam introiit, quam tandem apud nos *Hallæ* in DOMINO beate finiuit. Cuius memoria quemadmodum ob innumera meritā, vniuerso orbi christiano voce, scriptis et re ipsā præfita, nulla v̄mquam obliterabitur obliuione: a) ita etiam apud me

a) Varia etiam exstant vitæ meritorumque b. a. h. FRANCKII monumenta, post fata IPSIVS in vulgus edita. Præter *contiones fimebræ*, *programmata academicum*, atque *epicedia* in EIVS obitum composita, atque Hallæ MDCCXXVII in fol. coniunctim excusa, huc pertinet 1) concio, a IO. ANASTAS. FREYLINGHAUSEN, Beati genero, in memoriam *Franckianam* a. 1727 die Ioanni baptistæ sacro habita, et *concionibus Freylinghausenianis in euangelia dominicalia*, pag. 1228-1253, inserta; 2) *Nachricht von dem sehr merkwürdigen und erbaulichen Lebenslaufe Herrn August Hermann Franckens, auf vieler Verlangen ertheilet von einem Herzogen unter des wohlthätigen Mannes ehemaligen Wäysen, Bidingen*, I; 28 in 8; 3) *biographia Franckiana* in CHRISTIANI GERBERI *Historie der Wiedergeborenen*, in *appendice secunda*, p. 257-283; 4) eadem *biographia* in IO. PETR. NICERONII *Nachrichten von berühmten Gelehrten*, part. XVII. p. 197 seqq. 5) *succinctior enarratio tum in perillustr. DN. A. DREYHAPPT Beschreibung des Saalkreises*, tom. II p. 613 sq. tum in D. WEISMANNI *histeria sacra N. T.* tom. II, pag. 1242, tum in der *unparteyischen Kirchenhistorie A. und N. T.* tom. II. p. 595 sqq. vbi annus æmortalis hoc signatur *chronosticho: AVGVSTVS HerMannVS FranCKIVS DeCes/It.* 6) Plura etiam memorabilia de eo reperiuntur in IO. IAC. MOSERI *Altem und Neuem aus dem Reiche Gottes*, item in den *Samlungen zum Bau des Reichs Gottes*, passim. Neque heic silentio prætermittendum puto, memoriam A. H. FRANCKII per diuersas *monetas* seu nummos etiam propagatam conseruatamque esse: de quibus inter alia legi possunt FRIDER. CHRISTIANI LESSERI *besondere Münzen auf gelehrte Gesellschaften und Leute*, p. 723 sq. 751 sq. D. ERN. FRID. NEYBAVERI *Nachrichten von den Theologen in Deutschland*, p. 1109. Conf. A. F. FRANCKII *Substapfen des noch lebenden Gottes*, p. 169.

me potissimum ob beneficia peculiararia exhibita perpetuo sancta retinebitur. b)

QVVM ITAQVE memoriam saecularem natalitiam PARENTIS TVI CARISSIMI, quippe qui eodem mense Martio, quo TV, VIR SPECTATISSIME, natus fuit, c) animo mecum recolerem: ecce, opportune mecum communicatur *poema genethliacum*, admodum concinne exaratum, quo omnium primus natalis AVGVSTI HERMANNI FRANCKII, dies XII Martii, a. c1010CLXIII mirifice celebratus fuit, et quod memoratu omnino dignissimum iudicandum est. Siue enim auctorem, in republica litteraria satis inclytum, ADAMVM TRIBBECHOVIVM, d) siue rem

A 3

ipsam,

b) Saepius non sine voluptate recordatus sum, b. DN. Prof. FRANCKIUM mihi, Gymnasii Hallensis adhuc alumno, quum a. c1010ccxxv mense Maio grauisimo decumberem morbo, vna cum testificatione solatii plenissima dono misisse libellum, quo preces ad DEVM rite directae commendantur, *Anweisung recht und GOTT wohlgefällig zu beten* inscriptum, Hallae, 1723 in 24, quem librum ex eo tempore cimelii instar aduersandum curavi. Occasionem ad hunc ipsum libellum mittendum ipsi dederat, quod norat, comitem illustrissimum Ruthenum, HENRICVM XXIII, Hallae versantem, saepe mecum solo, quum adhuc puerulus vix quinquennis essem, genibus flexis manibusque complicatis ardentissimas ad DEVM fadisae preces. De quo illustrissimo comite, pietatis laude admodum conspicuo, evolui potest A. H. FRANCKII *lohnwürdiges Exempel des Hochgebornen Reichsgrafen und Herrn Heinrich des XXIII, jüngerer Linie Neussen &c. in primis pag. 15 sqq.* Quae commentatio post eius beatum obitum, a. c1010ccxxiii d. 20 Octobr. Hallae insequutum, prodiit.

e) Testis quidam fide dignus mihi retulit, pastorem quondam ecclesiae Gallicae Bero-linensem, IACOBVM LENFANT, quum coenae interfuisset, in qua, praesente regina Borussiae serenissima, SOPHIA DOROTHEA, de b. FRANCKIO Professore Hallensi mentio facta est honorifica, ingenue confessum esse: *zalem virum, qualis fuerit FRANCKIUS, singulis tantummodo centum annis reuoluitis in lucem edi.* Cum quo conspirat distichon quoddam teutonicum, sub effigie eiusdem b. FRANCKII legendum:

Auf Leser! deinem GOTT für diesen Mann zu danken:
Denn alle hundert Jahr giebt GOTT nur einen Francken!

d) ADAMVS TRIBBECHO siue TRIBBECHOVIVS, theologus famigeratissimus, natus Lubecae a. c1010cxxxx d. II Augusti, a. c1010clix in academiam Rostro-

ipsam, argumentum et praefagia, siue etiam obiectum, ut aiunt, personale spectes, digna sunt omnia, quae ab obliuione vindicentur atque posteritati tradantur. Quod carmen gratulatorium, centum abhinc annis impressum, ex vna plagula in fol. constans, quum omnium maxime rarissimum sit, nullius fere huc vsque manibus, nullius fere oculis vsurpatum, non ex ea tantum ratione, quod eiusmodi plagulae plerumque exiguo exemplarium numero aere exprimi solent; sed potius, quod ipse B. FRANCKIUS viuis pro singulari, quae pollebat, modestia, ad euitandam omnem ostentationis speciem, prudentius occultasse videtur: laetus ego hanc, *bilaria saecularis Franckiana* pro viribus renouandi, arripui occasionem. Quam ob causam pace TVA, VIR SVMME VENERANDE, utpote cuius proxime interest, schediasma hoc natalitium, in natalem PARENTIS TVI DESIDERATISSIMI, inter caelites quidem iam triumphantis, at inter mortales summa etiam fama notissimi, editum, non tam pro TE (quippe quod a TE ipso possideri non ignoro) quam pro aliis amicis tamquam *monimentum saeculare* recudendum curavi, TIBIQUE, *natalem* hodie faustis auspiciis diuina adspirante gratia agitanti, decenti cum obseruantia dedico. Quam nouam editionem, vno praeterlapso saeculo, et TIBI et lectoribus beneuolis haud ingrati fore persuasum habeo. Sequitur itaque sine vlla immutatione poema ipsum, quod ita se habet;

GENE-

Rostochiensem profectus, postea a. c1010CLXII cum DAVIDIS GLOXINI, reipublicae Lubecensis consulis, filio vnico, ANTONIO HENRICO, (fratre germano matris b. FRANCKII nostri,) Giesam petiit. A. c1010CLXIII Kilonii professor moralium extraordinarius et paulo post historiarum ordinarius constitutus, a. c1010CLXXII ab ERNESTO PIO, duce Gothano, ad senatoris ecclesiastici munus, et deinde a. c1010CLXXVII ad primarii praefulis dignitatem euectus est. Obiit a. c1010CLXXXVII d. 17 Augusti, variis etiam scriptis eruditus clarissimus. Vid. CASP. SAGITTARII *historia Gothana*, p. 191 sqq. HEINR. FIPPINGI *memor. rheologor.* decad. II p. 187 sqq. ERDMANN VORSE *Leben der Kirchenlehrer und Scribenten des XVII Jahrhunderts*, p. 967 sq. in *Gelchrten Lexicon*, part. II p. 1573 sq. add. DAN. GEORG. MOROSII *opera poetica*, p. 192 sq.

GENETHLIIS
FAVSTIS AC FESTIS
AVGVSTI HERMANNI
FRANCI,
INFANTIS PVLCRI AC VENVSTI,
CVM VITALES LVCIS AVRAS HAVSISSET

IV. ID. MART. AN. A SALV. NAT. MDCLXXIII.

NATVS
PARENTIBVS LAVDATISSIMIS
VIRO

OMNI ERVDITIONIS GENERE
EXCELLENTI
IOHANNES FRANCO,
CEL. IVR. DOCT.

ATQVE
ANNA GLOXINIA, *g.*
FOEMIN. NOBILISS.

IDYLLIVM
HOC CONSECRABAT
ADAMVS TRIBBECHO.




A D I N F A N T E M .



Dum Tibi, parue quidem, sed magni nominis haeres,
 FRANCE, alii cumulant munera muneribus,
 Aurea et ornatis incumbunt pondera cunis,
 Et Tartesiaco dona petita Tago, *)
 Iamque etiam Augustos radios, et sancta DVCISSAE **)
 Ad baptisma Tuum cerno ministeria :
 Hosce Tibi flores, hunc verni ruris honorem
 Offero, Pierios qui sequor vsque lacus.
 Hae Clarii sunt fontis opes, praedaeque sacrae,
 Conueniuntque Tuis munera temporibus.
*Aetas quando Tibi firmato robore crescet,
 Grandifona capies fontia metra tuba.*
 Nunc resonet paruis pastoris fistula cunis,
 Mentis grata quies iste susurrus erit,

*) Tago, fluvius Hispaniae aurifer. Tartesus civitas eiusdem Hispaniae.

**) Fuit, ni fallor, coniux ducis Slesuic. et Hollat, episcopi Lubec.



L V B E C A E

EXCVSVM LITERIS GOTHOFREDI VENATORIS.



TITYRVS. MELIBOEVVS.

Tityrus.

Quo cito fers, *Meliboee*, gradum? quo percitus oestro
 Transmittis rapidis haec culta noualia plantis?
 Cypridos anne faces, auctique Amaryllidos ignes
 Pernices vsfere pedes? accede vocanti,
 Pendula vicino requiescat manica cliuo; 5
 Et tua nunc nostrae stipulae concertet auena.
 Nam calamos inflare iuuat, multisque cicutis
 Nunc decet argutas recte disponere ceras.

Melib. Qui nostri nunc ruris honor, quae gratia coeli est!
Tityre, nos miseros quae spes, quae lacter agrestes 10
 Sors bona? Sithoniae *) foedarunt arua pruinæ,
 Et gelidus nostris Boreas bacchatur in hortis:
Tityre, si qua tamen noua nunc tibi messis in herba
 Lactitiae est, si Chaoniis **) in saltibus albae

B

Prospe-

*) *Sirbon*, mons Thraciae niuib. continuis opertus,

**) *s. Epiroricis.*

Prospera deuoto tibi respondere columbae, 15
 Incipe, quando tuis focias attempero cannas.
Tyrrus. Ergo canam, numeris percussa remurmuret Echo
 Carmen, et Aeolii referant ad sidera fratres,
 Si renuant filuae, summus tamen annuat aether.
 DAPHNIS*) per vicos, DAPHNIS trans flumina notus, 20
 Pastores inter longe celeberrimus omnes;
 Purpureo splendeas GALATHEA**) decore per hortos,
 Formosi pecoris custos, formosior ipsa,
 Nunc festum geniale, nouos et ADONIDIS***) ortus:
 Et celebrant sanctis festina Genethlia votis; 25
 Concelebrant simul illa Deae, benedicit Amyntas,
 Et mitra lituoque et sancta voce verendus.
 Quae lux, qui tunc splendor erat, cum sede suprema
 Cognatas radiare Deas, vicina replentes
 Culmina maiestate sua, grandesque viderem, 30
 Ordinibus superis Damonem et Acanthea mixtos!
 Tunc etiam nymphas, triplici vincasque catena,
 Furtiuo vidi ad cunabula serpere gresfu;
 Pasithea Euphrosynen; atque haec te, Aglaia, trahebat
 Ridentem: venire simul, cunisque relectis. 35
 Riserunt Heliconiades; Tunc prima sorores
 Cogens Melpomene, nobis hic natus ADONIS,
 Infit, noster amor, nostro educatur honori;
 Pascite eum ambrosia, Nymphae, dulciq; liquore
 Et Clario potato lacu, deducite ab astris 40
 Nectar, floricomusque sauis spoliatur Hymettus,
 Magna ut diffusi sit gloria ruris ADONIS,
 Et vulgum superet, tardos vincatque bubulos.
 Dixerat; et niueis infantem suscipit vlnis,
 Ambrosiaeque dedit certantia basia, et vna 45
 Aonias toto diffudit pectore dores:

Infusum

*) i. e. D. IO. FRANCKIUS, pater.

**) i. e. ANNA GLOXINIA, mater.

***) i. e. AVG. HERM. FRANCKIUS, filiolus recens natus.

Melib.

Infusum bibit ille ignem, fibrisque repletis
 Ingenuas custodit opes, et munera diae
 Mentis. Desine felices, nunc desine cantus,
Tityre, percussum cor deficit impete magno 50
 Laetitiaë; vt quando pendentia nubila densis
 Deprimit incumbens alis notus acer, et ingens
 Effusus cadit imber aquis, sitibundus ab aestu
 Stagnat ager, longique perit labor improbus anni.
 Ergo omnes depono metus, depono querelas, 55
 Hanc in fortuito dum pono cespite peram;
 Atque hilares fumo vultus, frontemque sereno,
 Stridula dum placidis inflatur auena susurris.
 Audiat haec fallax, stans post carecta, Palaemon,
 Ipsae etiam vndifonis Nymphae *Vakenizides* *) atris, 60
 Ipsae etiam in gelidis Nymphae *Zuerinides* **) vmbis,
 Ipsi etiam montes, ipsae etiam conualles
 Accipiant nostri pastorica carmina plausus.
 Concinat Ismarium mihi pellex Attica carmen,
 Surgat alauda satis, referant et acanthida dumi: 65
 Desine *Bistonias* ***) Progne memorare querelas,
 Noctua se condat; nemorum conuicia, picae,
 Ne graue perturbetis epos, tu, corue, filebis;
 Et gemere aëria cessabis turtur ab vlmo:
 Vosque greges nostri securi pascite, ludas 70
 Dux aries, raucae saliant trans mulctra capellae,
 Et vituli exultent, simul et caper, agnus, et hoedi.
 En roseos tibi producit nunc, pulcher *ADONIS*,
 Phoebus equos, nitidos parat et natura iugales;
 Ille tibi dignos vitai praeparat annos, 75
 Haec vegeta virtute nouos nunc irrigat artus:
 Quique aurata tibi nascenti cornua *Taurus*
 Praetulit, hic validum robur, firmosque lacertos,

B 2

Cordaq

*) *Wackenitz*. *Wackeniz*, fluius ad *Lubecam*.
 vrbs ad lacum *Suerinensem*,

**) *Zuerin* f. *Suerinum*,

***) *Bistonis*, vrbs *Thraciae* vltima.

Cordaque signavit cunctis inuicta periclis.
 Nunc quoque cerno tuis violaria surgere cunis, 80
 Et vernare crocos, et puniceos hyacinthos,
 Et nitidas calthas, florem et bene olentis anethi,
 Praecocis atque rosae. Illas tibi candida Nais *)
 Plenis effudit calathis, et mollia, dixit,
 Somnia carpe, puer, certabis forma hyacinthis. 85
 *Et vinctes splendore rosas, violasque loqueris, **)*
 Et tua labentes frondebit fama per annos:
 Mnemosyne fastos iam construit, ut tua scribat
 Nomina, iam tersus Horae voluere papyrus.
 Vt platano vitis decori est, ut vitibus vuae, 90
 *Paestanis.***) rosa densa iugis, ut pinguibus aruis:*
 Lactentes segetes, erecta papauera campo:
 Sic DAPHNIS GALATHEAE, et pulcer DAPHNI-
 DI ADONIS.
 Ore eius vernant blandum candentia laetis:
 Lilia mixta rosas, liquida narcissus in vnda 95
 Cedit ei, licet infano stupefactus amore:
 Debeat affixis ludibria plurima lymphis.
 Melib. Tityre, quale decus fulgebit ADONIDIS, actas
 Cum crescet, certa cum consista iugera planta
 Lustrabit, tunc myrtus eum, tunc mitis oliua 100
 Cinget, et integrae decorabunt tempora lauri;
 Dextra graues corylos, et scepra verenda colonis
 Gestabit; quacunque gradum sustollet, amoeni
 Ridebunt agri, et squamis astantibus hydri
 Arebunt defecta obliti sibila lingua; 105
 Et quae consistet, tremulis curuabitur arbor
 Foetibus, et summi telluris margine rami

Pandum

*) Vna e nymphis.

) Sic *Acta erudit.* Lips. p. 534: Spiritus omnes conciones FRANCKII nobilem Christi odorem. Conf. MICH. LILIENTHAL *biblioth. exeger.* p. 681 sq. De utilitate ex scriptis *Franckianis* haurienda vid. *Zeitsch. des Hehopfer*, tom. I, pag. 552 sqq. *) *Paestum*, Lucaniae oppidum, ubi bis vno anno prouenerunt rosae.

- Pandum desceſcent pondus: quando ora reſoluet,*
Tityre, tunc cernes trepidos ad ſingula tauros
Verba, nec inuitos properare ad aratra iuuenos, 110
Atque iubam ſubmittere equos, nullisque lupatis
Edomitos facili ſeſſorem admittere tergo.
- Tityrus.* Tunc etiam ipſe tuis oculis, *Meliboee*, videbis:
 Ipſius ante pedes omnes attollere Muſas,
 Virgineumque *Heliconæ* caput, miratus honores 115
 Tunc dices, *Meliboee*, *Italis* quoque talis in oris
 Fulgebat *Mantuanus* olor, *) talisque *Peligni*
 Gloria ruris erat, tenerorum fietor amorum. **)
- Melib.* Haec ſupra denſis contexta magalia iuncis
 Fama *Virum* vehet, haec per vicos didita clarum 120
 Gloria multifoſa cantabit arundine ADONIM.
- Tityrus.* Ipſe pedum trans prata feret, trans paſcua, et omnes
 Riuos; tunc paruique greges, tunc magna magiſtrum
 Deſceſcent armenta ſibi, tunc *Theſtylis* *** herbis,
Phyllis emet ſertis, et blanda voce *Lycoris* 125
Hesperidum lactos illum inuitabit in hortos.
- Melib.* Tunc etiam ſiluae, atque in ſiluis *Arcades* illum,
 Tunc etiam montes, in montibus *Vpeliõnes* ****),
 Atque canent flumini, dictabunt carmina *Nymphae*.
 Nullus *Amyclaeos* *****) interſtrepet anſer olores. 130
- Tityrus.* Ite, meae pecudes, conſuetaque carpite prata;
 Iam nullus lupus errat agris, et ſi tamen erret,
 Nulla horreſcat ouis, quin auſa prehendere morſu
 Pertrahat ad noſtri cunabula fulgida ADONIS.
- Melib.* Ite, gregum domini, poſthac non claudite ſaltus, 135
 Conferſis nulli concurrunt frontibus hirci,
 Nec fera vicini meditantur praelia tauri.

B. 3.

Hos:

*) i. e. VIRGILIUS, Mantuae genitus.

**) OVIDIUS, Sulmone, Peligno-

rum metropoli, oriundus.

***) Mulier quaedam ruſtica apud VIRGIL.

*****) ſ. *Opeliõnes*, metri cauſa.*****) *Amyclæe*, vrbs, vbi ſanctum Apolli-

ni dicaturum.

XIV

- Hos vobis foles, haec otia fecit ADONIS.
- Tityrus.* Plaudite, mesfores, abiit nunc triste lupinum
 In fegetes, flauo mutata eryngia farre, 140
 Spina thymo, et nitidis sunt versa aconita ligustris.
- Melib.* Sponte sua, nunc rurestres gaudete puellae,
 Cinnama cum costo, cum baccare crescit amomum:
 Desinite o verna tactis fosforibus aura
 Allia serpillumque herbas contundere olentes. 145
- Tityrus.* Gaude, Amarylli, domum referent distenta capellae
 Vbera, turgidulis manabunt lactea mammis
 Flumina, et Hyblaeo *) stillabunt robora melle,
 Nardum sudabunt falices, et balsama corni,
 Prata dabunt gemmas, montes illime **) metallum. 150
 Secla tulit secum Saturnia ***) natus ADONIS.
- Melib.* Desine nunc molles cantus, nunc somnus ADONIM
 Occupat, et coeli rubuit plaga fausta sinistra.
- Tityrus.* Auspiciis etiam felicibus attonat aether. 154

*) *Hybla*, mons Siciliae, thymo ad mellificia abundans. **) Sine limo, purum.
 ***) i. e. aurea, quae sub *Saturno* feruntur fuisse.



QVVM VERO huius carminis *versio vernacula metrica*, olim a b. D. IO. IAC. RAMBACHIO, Theologo Hallensi pariter ac Giesensî celeberrimo, nitide composita, manu ipsius exarata, neque vîquam prelo subiecta, beneuolentia VIRI cuiusdam mihi amicissimi, tempestiue in manus meas inciderit; dici vix potest, quantam inde perceperim voluptatem. Quare eandem hoc loco simul subiungere placuit:

An

An dem
gesegneten Geburtstage

des

schönen und angenehmen Kindes,

August Hermann Franckens,
als Dasselbe

den 12ten Martii, 1663

von den allerruhmwürdigsten Eltern,

T I T.

H E R R N

J o h a n n F r a n c k e n,

hochberühmtem DOCTORE IVRIS,

und

T I T.

F R A U E N

A n n a G l o r i a,

zur Welt geboren worden,

wolte

mit einem geringen Hirtenliede

seine ergebenste Observans bezeugen.

Adam Trübcho.

~~~~~

Ins Deutsche übersetzt

von

Johann Jacob Nambach.





## Murede an das Kind.



Da andre, Junger Franck, der Du von grossem Ruhm  
Ein kleiner Erbe bist, Dich überhäuft beschenken;  
Da güldne Gaben sich zu Deinem Eigenthum  
Selbst von erlauchter Hand auf Deine Wiege sencken;  
Da sich die Herzogin zu Deiner Taufe schickt,  
Und sich durch Ihren Dienst dabey geschäftig zeiget:  
So hab ich unterdeß Dir Blumen abgepflückt,  
Die der Parnassus trägt, den oft mein Fuß besteiget.  
Es ist dis ein Geschenk, so gut ichs geben kan.  
Was kan die Liebe Dir aniezt bequemers bringen?  
Wächst mit den Jahren einst auch Dein Verstand heran,  
So wird ein stärkerer Ton von Dir die Welt durchdringen.  
Indeß laß dis Geschenk Dir nicht zuwider seyn:  
Laß dieses Hirtenlied um Deine Wiege schallen.  
Schlaf über dem Gesang, Geliebtes Kindlein, ein,  
Und laß den sanften Ton Dir herzlich wohlgefallen.

Citrus.





## Tityrus und Meliböus, zwey Schäfer.

Tityrus.

**H**alt, Meliböus, halt, wohin?  
Wer jagt dich durch die grünen Aecker?  
Liegt Amaryllis dir im Sinn?  
Ist Liebesglut der schnellen Füße Wecker?  
Komm, leg den Zwergsack ab:  
Laß ihn bey diesem Hügel liegen.  
Nimm jetzt die Flörche für den Stab,  
Wir wollen uns mit einem Lied vergnügen.  
Komm, laß uns einmal lustig seyn,  
Und in die Wette singen.  
Glänzt nicht das Feld von einem frohen Schein?  
Der Himmel lacht uns an, und will uns Gutes bringen.

Meli-  
böus. Mein Tityrus, du guter Bruder du,  
Wie solte doch uns armen Leuten  
Das Glück ein Lachen zubereiten!

C

Der



XVIII

Der Himmel sagt uns schlechte Hoffnung zu,  
 Die schönen Wiesen sehn bereifet,  
 Den Bäumen sind  
 Durch den gestrengen Nord die Blätter abgestreifet.  
 Doch wenn das Glück dich etwa lieb gewinnt,  
 Wenn dir was frohes ist begegnet,  
 Wenn dich und deinen Stall der Himmel gütig segnet,  
 So stimme deine Lieder an;  
 Ich spiele mit, so gut ich kan.

Tityrus

So will ich denn aus allen Kräften singen,  
 Daß von dem Widerschall der ganze Wald ertönt;  
 Der Klang soll bis zum Wolken dringen;  
 Und wenn der stolze Wald das schlechte Lied verhöht,  
 So wird der Himmel doch es hören.  
 Der Daphnis, der durch Stadt und Land,  
 Ja übers Meer bekannt,  
 Den alle Hirten willig ehren,  
 Und seine Galathee, der nichts an Schönheit gleicht,  
 Vor deren Glanz der Rosen Purpur weicht,  
 Die haben jetzt recht frohe Stunden,  
 Indem der Himmel sie entbunden  
 Mit einem lieben Sohn, den man Adonis nennt.  
 Ein ieder will daher auf Freudenwünsche sinnen.  
 Es segnen selbst die edlen Landgöttinnen  
 Das frohe Fest, dem man viel Gutes gönnt.  
 Amyntas spricht dabey den Segen,  
 Den seiner Milz und heiligen Stimme wegen  
 Ein ieder ehrerbietig scheut.  
 Welch eine Herrlichkeit!  
 Wie glänzt es da,  
 Als ich die Landgöttinnen sah  
 An der gekehrtesten Stelle sitzen!  
 Das ganze Feld ward hell von ihren Blicken,  
 Bey welchen aus der Grossen Schaar

Alcibiades



Acantheus nebst dem Damon gleichfalls war.  
Der Nymphen Chor kam auch geschlichen  
Mit leisen Tritt.

Pasithea nahm Euphrosynen mit,  
Und diese faßt Uglajen an.  
Nach diesen kam der Musen Schaar heran,  
Die von dem Helicon entwichen.  
Sie deckten gleich die Wiege lächelnd auf,  
Und bald darauf

Fing an Melpomene die Schwestern anzublicken,  
Seht, sprach sie, dieses zarte Kind,  
An dem wir uns erquicken,  
Seht, wie es schon uns lieb gewinnt.  
Adonis wird für uns geboren und erzogen.  
Ihr Nymphen, bleibet ihm gewogen,  
Und speiset ihn

Mit lauter Ambrosin.

Sein Trank soll Nectar seyn:  
Flößt ihm das reinste Honig ein,  
Damit Adonis unsrer Erde

Zur Zierde groß gezogen werde.

Adonis soll weit größere Gaben  
Als die gemeinen Hirten haben.

Darauf nahm sie das Kind auf ihren weissen Arm,  
Und ließ ihm unter tausend Küssen  
Der Weisheit Mark durch seine Lippen fließen.

Die zarte Brust ward warm:

Der edle Schatz, der ihm geschenktet,  
Ward tief den Adern eingesenket.

Melib.

O lieber Tityrus, halt ein  
Mit deinem wunderschönen Spielen.

Die Freud ist ungemein,

Die mein bestürztes Herz muß fühlen.

Wie, wenn ein starker Wind



Die Wolken, die mit Wasser schwanger sind,  
 Mit feinen schweren Flügeln drücket,  
 Und einen Regenguß erpreßt;  
 Der durstige Acker sich voll Reiche sehen läßt,  
 Und die noch zarte Saat ersticket:  
 So ist mein Herz mit Freuden überschwemmet.  
 Nun wird das Klagen mir gehemmet:  
 Nun leg ich alle Furcht mit meinem Zwergsack ab,  
 Der Hügel, wo er liegt, sey meiner Sorgen Grab.  
 Nun wag ich mich, einst fröhlich auszufehen,  
 Und lasse meiner Flöthe Ton  
 Mit stillem Säusen gehen.  
 Es mag es Palämon,  
 Der hinterm Zaune stehet, hören,  
 Samt derer Nymphen Schaar,  
 Die dort um Wackeniz und Zuerin sich nähren. \*)  
 Man nehme selbst in Berg und Thälern wahr  
 Den angenehmen Schall von unsern Hirtenliedern.  
 Es schwinde sich mit frohen Gliedern  
 Die Lerche aus der Saat empor.  
 Die Eule darf sich nicht mehr zeigen,  
 Die Elster komme nicht, das Lied zu stören, vor,  
 Du solst, o Nabe, stille schweigen.  
 Es lasse von dem Ulmenbaum  
 Die Turteltaub ihr traurig Seufzen bleiben.  
 Ihr Heerden, weidet nun auf einem sichern Raam,  
 Der Himmel mag sein Spiel ickst treiben.  
 Ihr Ziegen, springt herum,  
 Ihr Kälber, Böck und Lamm, drehet euch vor Freunden um.  
 Adonis, siehe doch einmal,  
 Wie Phöbus dir zum Schmuck die Purpurperde zeigt,  
 Wie die Natur sich gütig zu dir neiget;  
 Da

\*) Dies möchte wol etwas deutlicher also lauten:  
 Die dort um Wackeniz und bey Schwerin sich nähren.



Da jener sich bemüht dir vieler Jahre Tagt  
 Zu deinem Leben herzuschicken,  
 Will diese frische Kraft in deine Nerven senken.  
 Des Stieres Zeichen,  
 Das dein Geburtsfest jetzt mit güldnen Hönern schmückt,  
 Weissagt dir Stärk und Kraft, die keiner Last wird weichen,  
 Ein Herz, das nicht erschrickt.  
 Man sieht die Weilgen schon dir zur Vergnügung blühen.  
 Der gelbe Saffran thut sich auf,  
 Die Hyacinthgen folgen drauf,  
 Die Sonne will für dich schon frühe Rosen ziehen,  
 So dir die schöne Mais pflückt,  
 Und sie bey Körben voll auf deine Wiege schüttert.  
 Schlaf, spricht sie, liebes Kind, beglückt,  
 Laß dir was angenehmes träumen.  
 Die Blumen scheinen dir den Vorzug einzuräumen.  
 Die Rose wird vor deiner Schönheit bleich.  
 Die Worte, die dein Mund wird sprechen,  
 Sind den Viosen gleich,  
 Die man im Frühling pflegt zu brechen.  
 Dein Ruhm wird bis ins Alter blühen.  
 Die späte Zeit,  
 Und die Vergesslichkeit  
 Wird deine Thoren nicht mit Schimmel überziehen.  
 Man wird sie heilig niederschreiben,  
 Damit sie bey der Welt stets unverwesslich bleiben.  
 Gleichwie der Weinstock ziert den Baum, den er umfängt,  
 Die Traube wiederum den Stock, daran sie hängt,  
 Die Saat den Acker, wo sie steht,  
 Der Mohn das grüne Feld, wo er sein Haupt erhöhet,  
 So zieret Daphnis Galatheen,  
 So kan der Daphnis Lust an dem Adonis sehen.  
 Auf seinen Lippen sieht man weisse Lissen blühen,  
 Mit rothen Rosen untermengt.

Lityrus



Narcissus, der sich selbst so schön im Wasser schien,  
 Wird durch Adonis Bild und Schönheit ausgedrungenet.  
 Melib. O Tityrus, wie wird Adonis glänzen!  
 Wenn er nun grösser wird,  
 Und auf dem Feld herumspazirt,  
 So wird er gehn geschmückt mit schönen Myrtenkränzen.  
 Olivenlaub, vermisch't mit Lorberzweigen,  
 Wird sich um seine Schläfe zeigen.  
 Er wird in seiner rechten Hand  
 Ein Ehrfurchtvolles Scepter tragen.  
 Wohin sich nur sein Fuß wird wagen,  
 Wird man die Aecker lachen sehn,  
 Die Wasserschlangen stumm, und starr vor Schrecken stehn.  
 Wohin er sich nur stellt,  
 Wird vor der Früchte Last der volle Baum sich beugen,  
 Und seinen höchsten Ast vor ihm zur Erden neigen.  
 Wenn nur ein Wort aus seinen Lippen fällt,  
 So wird die Stiere gleich ein Zittern überfallen.  
 Die Kinder werden ohne Schlag,  
 Wenn sein Befehl nur wird erschallen,  
 Zum Pfluge sich verfügen.  
 Sein Wink wird selbst das wildste Pferd besiegen,  
 Daß es, ob gleich kein Zaum die freche Zunge preßt,  
 Den Reuter doch auf sich geduldig sitzen läßt.  
 Tityrus Dann wirst du auch, o Meliböus, schauen,  
 Wie selbst der keusche Helicon  
 Ihn einen Thron  
 Mit allen Musen wird erbauen.  
 Da wirst du stehn, ob diesem Glanz erstarrt,  
 Und denken, ey so wars auch zu denselben Zeiten,  
 Da durch Virgilii und durch Nasonis Säiten  
 Italien erfreuet ward.  
 Melib. Wenn Er vereinst ein Mann wird werden,  
 Wird ihn die Fama von der Erden

Auf



Auf ihrem schnellen Wagen  
Weit über die mit Stroh bedeckten Hütten tragen,  
Sie wird Adonis Ruhm besingen,  
So daß der starke Schall wird jede Stadt durchdringen,

**Tityrus** Er wird den Hirtenstab  
Dann über Wief' und Thal und viele Flüsse setzen,  
Das klein und grosse Vieh wird sich für glücklich schätzen,  
Wenn es den so berühmten Mann  
Zu seinem Hirten haben kan.  
Es werden ihm die Schäferinnen  
Was schönes suchen auszusinnen,  
Sie werden ihn mit Blumen überschütten,  
Und in die besten Gärten bitten.

**Melib.** Man wird im grünen Wald,  
Man wird von ihm auf Bergen und auf Flüssen  
Zu singen und zu sagen wissen.  
Ihr Nymphen, macht ein Lied, das überall erschalle.  
Es lasse keine Gans sich hören,  
Ihr Schnattern müsse nicht der Schwänen Lieder stören.

**Tityrus** Geht, meine Schäfgen, geht,  
Genießet die gewohnte Weide,  
Kein Wolf thut euch mehr was zu Leide,  
Und wenn ihr ja noch einen seht,  
So fasset ihn dreiste an, und schleppt ihn zu der Wiegen,  
Darin Adonis pflegt zu liegen.

**Melib.** Ihr Hirten, gehet gleichfalls hin:  
Ihr dürft hinfort die Ager nicht umzäunen.  
Der Ochsen und der Böcke Heer,  
Die führen unter sich nun keine Kriege mehr.  
So frohe Tage läßt Adonis euch erscheinen.

**Tityrus** Ihr Schnitter, werdet froh,  
Ihr drescht hinfort kein leeres Stroh.  
Das Unkraut wird zum schönsten Weizen,  
An Disteln statt wächst Thymian,  
Für Wolfskraut schöner Wimperan,

Ihr



Melib. Ihr Bauernmägden, kommt, bezeuget eure Freunde.  
Der Zimmet wächst nun in der Heyde.

Die schönsten Kräuter gehn von freyen Stücken auf.

Wenn iemand Schaden kriegt, der in dem Lenz gegraben,  
legt nicht mehr Felspolen und schlechten Knoblauch drauf,  
Ihr könnt hinfort was bessers haben.

Tityrus Auch, Amaryllis, freue dich.

Wenn deine Ziegen nun hinfort nach Hause kommen,  
So wirst du sehn, wie sonderlich

Ihr Euter zugenommen.

Es wird aus denen vollen Zitzen

Ein fetter Strom von Milch in deine Kanne spritzen.

Die Eichen geben nichts als Honigthau von sich.

Aus Birn und Weiden wird der schönste Balsam schwitzen.

Man wird an derer Kiesel statt

Auf Aekern Edelsteine finden,

Und in der Berge Gründen

Metall, das keine Schlacken hat.

Abonis bringt nunmehr die güldne Zeiten wieder.

Melib. Genug! schweigt still, ihr angenehmen Lieder.

Abonis schläft jetzt sanfte ein.

Der Himmel giebt zur linken Seiten

Den allerschönsten Purpurschein.

Tityrus Das wird was glückliches bedeuten.





**A**NIMVS erat, non solum voces huius *idyllii Virgiliani* paullulum  
difficiliores obseruationibus aliquot illustrare, et plures, quam  
ego in calce adscripti, notulas adicere; verum etiam *de vaticiniis tum  
faustis tum sinistris in eruditos prolatis* paucis agere: <sup>e)</sup> sed spatii et  
temporis angustia prohibet, quo minus excurrere possim latius.  
Neque seiunctum ab re posita esset, per singula ire et pluribus osten-  
dere, quam fausto omine spei, de **FRANCKIO** nostro tam ma-  
ture conceptae, responderit euentus; quam rari exempli sit tam prae-  
clarae de infantulo diuinationis, quae fere cum vaticinio de *Ioanne ba-  
ptista* edito conuenire videtur, <sup>f)</sup> completio, immo exsuperatio <sup>g)</sup>;  
quam singulare sit **DEI** beneficium, et *patrem* et *filium* vno loco  
vnisque muniis publicis florentes, atque paribus vestigiis felicissime  
progressos, per integros centum annos perstare: at vela contrahen-  
da esse, conuenientius duco.

CON-

<sup>e)</sup> Vid. 10. ADAMI BERNHARDI *curiense Historie der Gelehrten*, pag. 41 sq.

<sup>f)</sup> Quod exstat *LUCAE* c. I. v. 66.

<sup>g)</sup> Facere non possum, quin *epigramma* quoddam, in *trifolium illud sacratissimum*,  
b. IOACH. IYST. BREITHAVPTVM, PAVLVM ANTONIVM CI AVGVST. HER-  
MANN. FRANCKIVM, a me olim rudi Minerua confectum, hoc loco subiiciam:

En  
TRIVMVIROS  
non imperii Romani,  
sed regni IESU CHRISTI,  
BREITHAVPTVM,  
ANTONIVM, FRANCKIVM,  
ad regnum satanae euertendum  
non discordes,  
sed concordes,  
naturae quidem dotibus dispares,  
at  
gratiae viribus pares,  
THEOLOGOS  
olim crucis,

nunc lucis;  
oratione, meditatione ac tentatione  
olim in ecclesia militante,  
nunc  
laudibus et iubilis aeternis  
in ecclesia triumphante  
coniunctissimos:  
quorum merita eximia  
non tantum  
in imperio Romano-Germanico,  
sed  
in vniuerso, qua patet, orbe christiano  
manebunt  
immortalia.

D



CONVERTO potius me ad TE,

VIR SVMMÆ VENERANDE,  
FAVOR ET PATER IN CHRISTO  
OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDÆ,  
COLLEGA HONORATISSIME,

et ad id, cuius gratia hae lineae praemisae sunt, me accingo. Exigit nimirum et insignis diuini Numinis erga TE benignitas, et festi huius diei solemnitas, vt TIBI hodie promissiones DEI de vita prorogata, de viribus corroboratis et salute continuata huc vsque in TE confirmatas ex animo gratuler, diuinam gratiam piis concelebrem adplausibus, eiusque perpetuitatem ex fonte omnis salutis per et propter Seruatorem nostrum TIBI adprecer. Vt igitur vota haec mea serena fronte accipias, est quod enixe peto.



**G**loria sit DOMINO, qui post tot mille procellas  
Vitam protexit, VIR VENERANDE, TVAM.

Gloria sit DOMINO, qui *sexaginta per annos*  
*Et septem iugi TE* recreauit ope.

Gloria sit DOMINO, qui TE successibus amplis  
Procurante suum continuauit opus.

Idem, CARE SENEX, adsit TIBI numine forti,

Idem, qui iuuat, TE quoque IOVA iuuet.

Fortunet euras, conatus atque labores,

Pro regno CHRISTI quos vigilando subis.

Aduersus saraanae minitancia tela peractas.

Sancta mente preces pondus habere sinat.

Communes etiam iubeat, quas poplite flexo

Ipsi ad folium fundimus, <sup>h)</sup> esse ratas.

Quum

<sup>h)</sup> Singulis diebus Iunae hor. VI-VII vespere.



Quum TIBI sit cordi vernans ecclesia IESV,  
*Viraque* quam profert *India* flore nouo:  
 Spiritus aethereus TE viribus induat, atque  
 Vngat TE vita laetitiaque noua.  
 Quam voce exemploque doces, *academica pubes*  
 Doctrinae fructus proferat ipsa TVAE:  
*Regis ephebeum*, quod DIRECTORE coruscet  
 TE, quod et hoc anno *iubila* laeta parat,<sup>i)</sup>  
 Par sit equo Troiae, quo prodeat in TVA quisque:  
 Gaudia nobilior furculus, alius ibi.  
 Multa frequens *utriusque scholae*<sup>k)</sup> studiosa iuuentus,  
 Cui praees, exhibeat pignora cara DEO.  
 Portus egenorum, miserorumque ancora constans  
 Tempora longa *domus* sit pateatque TVA.  
 Cumque TVA celebres GENEROSA CONIVGE saluus:  
 Ad feros annos facta stupenda DEI.  
 Det DEVS, vt placidam ducas omnino senectam,  
 Ceu scandens surgas *palma* virensque *cedrus*.  
 FREYLINGHUSENII NIEMEYERIQUE propago  
 Crescat, FRANCKIADAE per noua saecula cluant.<sup>l)</sup>  
 Tandem vororum breuis haec sit summa meorum:  
 FRANCKIVS. InCOLVMES perferet honore Dies!

i) die XVIII mensis Aprilis.

k) latinae et germanicae Glauchensis.

Scribam Hallae Salicae; d. XVIII Martii, ff. v. cl. 1500LXIII.





1) En sciographiam *stirpis Franckianae* genealogicam;

AVGVSTVS HERMANNVS FRANCKIVS,

nat. Lubec. 1663 d. 12 Mart. denat. Hal. 1727 d. 8 Iun.

VX. ANNA MAGDALENA a WVRM,

*Otonis Heinr. a Wurm*, dynastae Hopperodensis, filia, denata Halae 1734 d. 19 Mart.

- I. August Gottlieb, nat. 1695 d. 14 Mart. † d. 27 Dec.
2. GOTTHILF AVGVST FRANCKIVS, S. Theol. D. et Prof. Hal. nat. 1696 d. 21 Mart. cuius
- Vx. I. Iohanna Henrietta Rachal-  
fia, † 1743 d. 2 Iul.  
II. Eva Wilhelmina a Gers-  
dorf, ducta a. 1750 d.  
29 Iul.
3. IOHANNA SOPHIA ANASTASIA, vxor Io. Anastasii *Frey-  
linghausen*, Past. Vlr. Hal.
- 1) Augusta Sophia, vxor Io. Conradi Phil. *Niemeyeri*, Archid. Adi. 1742.
- 2) *Gotlieb Anastasius*, S. Theol. Prof. extraord.
- 3) Agnesa Henrietta, vxor Io. Anton. *Niemeyeri*, Insp. Paed. 1755.
- (1) Iohanna Augusta.  
(2) David Gottlieb.  
(3) Gotthilf Erdmann.  
† 1751 d. 16 Mai.  
(4) Iohann Anastasius.  
† 1753 d. 29 Oct.  
(5) August Hermann
- (1) Gotthilf Anton.



Jf 3373

ULB Halle 3  
002 188 97X




Sb.


V. 17 Ant.












7

MEMORIA SAECVLARIS NATALITIA  
THEOLOGI CONSUMMATISSIMI,  
**B. AVGVSTI HERMANNI  
FRANCKII,**

S. THEOL. PROFESSORIS ORDINARIJ IN ACADEMIA HALLENSI,  
PASTORIS AD AED. VLRICI ET GYMNASII SCHOLARCHAE,  
PAEDAGOGII REGII ET ORPHANOTROPHEI GLAVCHENSIS  
DIRECTORIS,

NATI LVBECAE, A. c1010cclxiii D. xii MART. STIL. VET.  
DENATI HALLAE, A. c1010ccxxvii D. viii IVN. AETAT. LXV ANNOR.




FELICITER RECVRRENTE  
NATALI SEXAGESIMO OCTAVO  
VENERANDI FILII SVPERSTITIS VNICI,  
VIRI SVMME VENERABILIS,  
EXCELLENTISSIMI ATQVE DOCTISSIMI,  
D O M I N I

**GOTTHILF AVGVSTI FRANCKII,**

S. S. THEOLOG. DOCTORIS AC PROFESSORIS PVBLICI ORDINARIJ,  
ORDINIS THEOLOGORVM IN ACAD. FRIDERICIANA SENIORIS,  
PRIMAE DIOECESIOS CIRCVLI SALANI INSPECTORIS,  
MINISTERII HALLENSIS SENIORIS ET ARCHID. AD AED. B. M. V.  
PAEDAGOGII REGII ET ORPHANOTROPHEI GLAVCHENSIS  
DIRECTORIS, CET.

MERITISSIMI, GRAVISSIMI,  
DIE XXI MARTII STIL. VET. A. c1010cclxiii



PIO LAETOQVE ADFECTV RENOVATA  
IOANNE GEORGIO KIRCHNERO,  
MINISTERII HALLENSIS ADIVNCTO ET ECCLESIASTE AD AED. B. M. V.  
HALAE MAGDEBVRGICAE,  
LITTERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.  
c1010cclxiii.